

UM
RUM
E
EINZIA
UM





DIVITIARUM
EVANGELICARVM

Disquisitio Septima

PRÆSIDE

CHRISTIANO GUEINZIO

Gymnasii Salani

Rectore

Respondente


JOHANNE HEYMRICO III

Neogatterslebiâ Saxone

in

Die Circumcisionis Domini.


A. O. R. cl. Id. CVIIL.



HALLIS SAXONUM

Prelo Heredum Melchioris Oel-

schlegelij.



EVANGELIUM

GURBIZIO

JOHANNES



ANALYSIS
EVANGELII

in
DIE CIRCUMCISIONIS DO-
MINI.

Luc. 2. v. 21.

Exordium.

Verba sunt Esaiaë cap.
45. 12. Num quid non Ego, in-
quit Dominus, Dominus, &
non est ultra Deus, absq; me,
DEUS justus & salvans, non est
præter me. Propterea mihi curvabitur o-
mne genu & jurabit omnis lingua. *Quæ cõ-
pleta non tantum testatur Apostolus, Phil. 2.
10. Verum etiam hodierna pericope Evange-
lica. Et quamvis in scripturis varia Christo
dentur nomina, dum vocatur semen mulieris,
Gen. 3. 45. Silo, Gen. 49. 10. Stella Jacobi, Nu.*

H

140

14, 12. *Propheta*, Deut. 18, 18. *Goël seu Redem-*
ptor noster, Job. 19, 15. *Sapientia*, Prov. 8, 12.
Immanuel, Esa. 9, 6. *Iustitia nostra*, Jer. 23, 5.
Pastor, Ezech. 14, 23. *Sanctus sanctorum*, Ol.
 3, 5. *Perruptor*, Hag. 2, 8. *desiderium gentium*,
 Zach. 6, 12. *Tamen hæc omnia nomina, qualia*
est quantacumq; sunt, superat nomen Jesu. Et
propterea veneranda Antiquitas voluit non
santum propter seriem historia, verum etiam
propter nomen novum, quod ipsi capiti nostro
datum, in novo anno hoc proponere. Novum
enim vocant Annum etiam gentiles superstitio-
si, quasi novum aliquid aut cælum aut terra o-
stendat, uti habet Maximus hom. in Circum.
de Calendis, & Chrysologus serm. 115. Si
ergo fructum percipere velis, inquit Chrysoft.
in oratione habita in Novo Anno: hæc faci-
ro; ubi novum expletum veteris, gratias age
Domino, qui te ad hanc annorum circumitio-
nem perduxit. Exstimula cor tuum, vite tem-
pus reputa, ne adversus te loquatur illud,
quod adversus Ebreos dictum est à Propheta:
abierunt dies cum vanitate, & anni eorum
cum festinatione. Utinam vero habet Bernh,
in solennitate Petri & Pauli serm. 2. Sape-
rent & intelligerent & novissima providerent.
Saperent ad presentis vite moderationem, in-
 telli-

131

relligerent ad præteritorum correctionem, pro-
viderent ut felicem haberent consummatio-
nem. Ut verò fiat, monstrat uberius Evange-
lium.

THESIS I.

IN quo sub versu unico habetur tum de
ἡμεροτομία seu circumcissione dolorosa.
Et quidem quoad Circumstantiam tempo-
ris de dierum consummatione: Postquam
completi dies octo. Nempe post natalem
Christi, uti præceptum Gen. 17, 1. Lev. 12, 2.
ubi iam octavus dies non præterisset, sicut e-
tiam legitur Actor, 2. 1. Octavâ enim die Cir-
cumcissio dabatur: Idq; factum etiam in sta-
bulo Epiphani. Hæres. 2. asseverat. Et quidem
illud designari arbitror, quod presenti seculo
septimana deputata est. Octavus autem dies
futuri seculi mysterium tenet. Illorum enim
circumcissio, qui in futuro seculo militant, est
spiritualis, habet Origenes lib. 2. in Epist. ad
Rom. cap. 2. Et hinc est quod octavus dies
post solennitates præcipuas celebratur Bernh.
in sermone Domini primæ beatitudini octa-
vâ Matth. 5, 3. ut caelestis regni demum itera-
ta promissio evidenter nobis coronam fabricet,
inquit Bernh. serm. 2.

pora septem dierum repetitione voluuntur. O-
 Etavius forte ille dictus est, qui varietatem is-
 tam non habebat Aug. in Psal. 6.

2. Suntq³ dies octo secundum Bernh: ita ut
 primus dies iustitiæ, reddens unicuiq³ quod
 suum est, nobis miseriam, misericordiam DEO.
 In hac die puer nascitur, quando ex his, qua di-
 ximus ad autorem pœnitentiæ & odium pec-
 cati excitatur. Secundus dies Prudentiæ, in
 qua eligat de presenti seculo nequam fugere,
 dicens cum Propheta: Odi Ecclesiam mali-
 gnantium, & cum impiis non sedebo. Tertius
 dies fortitudinis, ut noverit custodiendam
 ad Dominum fortitudinem suam, & aciem
 multorum pariter pugnantium esse quaren-
 dam, ubi tot sunt auxilia, quot socij, & tales qui
 dicere possunt cum Apostolo, non ignoramus
 astutias inimici. Quartus illucescat dies tem-
 perantiæ, ut querat quomodo temperari & re-
 frenari possit incontinentes motus voluptatis,
 bestiales motus curiositatis, cervicosi motus e-
 lationis. Quintus dies patientiæ, per quam o-
 mnia dura & aspera tacitâ amplectaris consci-
 entia. Sexto illuminet cor tuum dies humili-
 tatis & declaret quid à te sit, ut non altum sa-
 pias, quoniam Deus superbis resistit, iam verò
 cum in his diutius fueris exercitatus, roga da-
 ri

133

vi tibi septimò devotionis lumen, diem serenissimam & sabbathum mentis, in quo tanquam emeritus miles in laboribus universis vivas absq₃ labore, dilatato nimirum corde, currens viam mandatorum Dei. Octavò ne incurrat, qui currit, illuminari necesse est lumine discretionis, quæ mater virtutum est, & consummatio perfectionis; hæc nimirum docet, ne quid nimis. Atq₃ hæc est octava dies, in qua circumciditur puer, quia discretio verè circumcidit, ut nec plus, nec minus fiat, uti habet Bernh. term, 6. de Circumcis. Domini. Accuratè itaq₃ uti in omnibus Prophetis, ita etiam vel maximè in hoc negotio salutis nostræ tempus notatur & observatur.

3. Et quoad causam de ratione, ubi tum factum, ut circumcideretur. Secundum Dei mandatum. Quemadmodum Gen. 17. 12. ubi institutio Sacramenti circumcisionis & administratio recensetur: Siquidem mandata Dei severissimè sūt retinēda. Et fuerunt cause circumcisionis, 1. ut separarentur à cæteris gentibus. 2. ut notarentur, quemadmodum pastor notat oviculas suas. 3. ut monerentur ex qua parte expectandus esset Messias. Et deniq₃ 4. ut docerentur tum de ira Dei adversus peccata, tum de gratia Dei propter Christum

*ex illa gente nasciturum. Deo enim ita placuit
 illam partem circumcidi, per quam vel maxi-
 mē noverat peccari: in quo enim membro in-
 quit August. lib. 6. contra Manichæum cap.
 3. congruentius exspoliatio carnalis & morta-
 lis fœtus exoritur? Et Bernh. serm, 2. de Cir-
 cumcisione inquit: nec dubium sane, quin
 cetera quoq; humani corporis membra addi-
 tamentum illud Leviathan occuparet, vene-
 num nimirum concupiscentiæ atq; inordinate
 illecebra voluptatis, ut generalis quedam ab-
 scissio omnibus necessaria videretur. Ceterum
 quia singulorum membrorum abscissionem hu-
 mane carnis fragilitas & infantilis ætatis infir-
 mitas nullatenus sustineret, pio moderamine
 superna dispositio providit, ut in ea parte potis-
 simum concupiscentiæ castigaretur, in qua
 vehementius eam sevirere constabat, & violen-
 tius malignari, tamen omni siquidem contra-
 dicentium spiritui rebellione membrorum so-
 lum illud adeo contumax invenitur, ut contra
 omnem voluntatis deliberationem ad inhone-
 stos & illicitos motus feratur. Cyprianus lib.
 3. Epist. 8. ad Titum, addit: ut dolor volupta-
 ti & sanguini delectationis sanguis tormenti
 opponeretur; ut in primis elementis discerent
 parvuli, semper propria memores sectionis, con-
 tra-*

eraria curanda contrariis, & ad cohibendos re-
franandosq; turpitudinum appetitus, necessa-
riū esse sale corrosorio carnis perfricare pruri-
tus & semper recrudescentes desiccare putredi-
nes, uti loquitur Cyprianus l. d. de ratione
Circumcisionis.

4. Fuit autem medium & exhibenda, ap-
plicanda & obsignanda gratia Gen. 17. 7. Est
enim non legalis concio; Ero Deus tuus, sed
Evangelica promissio. 2. quia dicitur æternum
fœdus. & 3. quia contemptores circumcisionis
à communionem Ecclesie & sanctorum exclu-
duntur, ibid. v. 14. Hinc Apostolus vocat cir-
cumcisionem signaculum justitie fidei Rom.
4, 11.

5. Tum est subjectum, nempe Puer, quia
masculi debebant circumcidi secundum insti-
tutionem Gen. 17. 11. 12. 14. 23. 24. quia
idem peccavit gravius quoad effectum, dum
perfectior Aug. in Enchir. Fœmina verò cum
sint de semine, etiam sunt de fœdere, propterea
etiam ad pascha admissa Exod. 12. 48. Et ex-
inde a què gavisæ se ex circumcisis fuisse patri-
bus quam si ipsæ fuissent circumcise Jud. 9, 8.
Quin propter unam Virginem Mariam ex
qua nascendus esset Messias parcat toti sexui
fœmineo, que sine viro pareret ejusmodi filium
qui

qui circumcisionis Sacramentum planè esset abrogaturus.

6. Per puerum verò Synecdochicè intelligitur Christus: qui circumcidi voluit, ut ostenderet 1. se verum esse hominem & in veritate humana carnem assumisise propter Manichæum, & eos qui dicunt in specie ipsum apparuisse, inquit Epiph. lib. 1. tom. 2. hæres, 30. Circumcisio enim veritatem suscepta probat humanitatis secundum Bernh. serm. 1. de Circumcis. Domini. Et Deus Mosi Exod. 28. ut laminam faciat auream, quâ humanitas Christi pura à peccato exinanita per semetipsam, signabisq; eam via, id est cunies eum tiara cum Deo & in scribes sanctum id nomen, Jesu. 2. ut confirmaret circumcisionem, quam olim dederat justè inservisse usq; ad suum adventum Epiph. lib. 1. hæres, 30, tom. 2. & ne antiqua religio prorsus reproba videretur Cyprianus serm. de ratione circūcis. 3. ut ostēderet se esse verū semen Abraha ad quod pertinebat. 4 ut scandalum precaveret, si enim non fuisset circumciscus, inquit Epiph: poterant Judæi dicere, non potuimus Christum suscipere. 5. nisi Legi & Evangelij auctorem comprobaret. Quod si enim solum baptisma suscepisset, videri poterat fuisse circumcisionem tanquam nihil ad se per-

pertinentem, habet Bernh. tom. 4. in Epiph.
 Domini. 6. ut ita Iudaeos ac Christianos in fi-
 dei unitate solutis vinculis combinaret. Quem-
 admodum enim Iudaeos suscepta circumcisi-
 one, sic gentes Baptismo, hoc est, purificati-
 roris perfusione salvavit, habet Lactant. lib. 4. c. 25.
 de fidei institutione 7. ut legem adimpleret,
 Matth. 5. 17. Vox enim princeps digna se legibus
 subicere inquit Damas. lib. 4. cap. 26. de Or-
 thodoxa fide. 8. ut primitias oblationis san-
 guinis sui arrha loco consecraret, ut \mathcal{E} mane
 \mathcal{E} vesperi raticuntur, ita vita \mathcal{E} occasio san-
 guinis purpurisatur. 9. ut deniq; Circumcisi-
 onem tolleret. Suscepit enim, inquit Augustin:
 serm. 3. de tempore. Circumcisionem ablatu-
 rus ipsam circumcissionem, suscepit umbram,
 dedit lucem, suscepit figuram, daturus ve-
 ritatem. Namq; uti gladius in saxum illisus re-
 tunditur, ita culter Circumcisionis in hac vita
 inutilis factus Ecclesiast; 44. & Cyrillus lib.
 4. in rom. c. 51. ait: Mortuo Iosua omnes cul-
 tros lapideos, quibus circumcisi Iudaei, in eius
 sepulchrum illatos fuisse, in signum cum Chri-
 sto moriente, morituram legem ceremoniarum.
 Deniq; ut crucem nostram, qua ab infanzia
 premimur, sanctificaret.

7. Docemur etiam nos non corporaliter, sed

El 5

Spic

spiritualiter esse circumcidendos, Rom. 2, 28. Manus à rapinis, à furtis, à cadibus, & ad sola DEI opera pandenda. Circumcidendi sunt pedes, ne veloces sint ad fundendum sanguinem, & ne intrent in consilia malignantium, sed ut tantum pro mandatis DEI circummeant. Circumcidantur & oculi, ne concupiscant aliena, ne videant ad concupiscendam mulierem. Aures à distractionibus audiendis, Eccles. 28. Linguae à mendaciis Eph. 4. Sed & si quis est, qui sive bibit, sive manducat, ad gloriam Dei manducat & bibit, ille circumcisus est gustu. Cujus autem Deus venter est, & suavitatibus gula deservit hujus incircumcisum dicimus gustum. Si quis Christi bonum odorem capit, & in misericordia operibus odorem suavitatis requirit, hujus circumcisa est odoratio. Qui vero unguentis delibutus incedit, ille incircumcisus odoratu dicendus est. Sed & singula quaeque membrorum, si in officiis mandatorum Dei deserviant, circumcisa dicenda sunt ex Rom. 12, 1. Matth. 18, 8. inquit Origenes hom. 3. super Genesin. Circumcisio cordis autem est sublata erroris nebula agnoscere creatorem, habet Ambros. in Epist. ad Rom. 15. & peccati ablatio, & improbarum mentis affectionum amputatio secundum Theo-

Theodoretum in Ezech. sect. 12. *Et sylvescit arbor nisi putetur, sordet caput, nisi radatur.*

8. *Tam de ὀνομαστικῆ seu nominis impositione gloriosa. Vbi iterum præmittitur circumstantia temporis in particula, Et Quæ est temporis relativa more Ebraorum pro Tunc posita, quamvis Syrus & Latinus interpretes omittant, sed cum textus habeat, unâ innuit usitatum fuisse in circumcissione nomina imponere. Quemadmodum etiamnum hodiè in Baptismi actione: idq; ut 1. per Baptismum, uti inibi per circumcissionem, nomina libro vitæ inscripta cogitentur, Philip. 4. 3. è quo, ut August. in enarratione Ps. 68. tom. 8. in æternum nos Deus non est deleturus. 2. ut officii sui vi fœderis cum DEO inibi admoneantur, Christiani enim nomen, ait August. Epist. 15. tom. 1. frustra sortitur qui Christus minimè imitatur.*

9. *Et exponitur in genere factum principale: Vocatum est nomen ejus. Illud ipsum enim à Deo ipso in paradiso primis parentibus factum, & ab his porro aliisq; parentibus nominati sunt liberi usq; ad circumcissionem. Tunc enim nomen Abrami, quod significat Patrem excelsum, in circumcissione à Domino immutatum, ut Abraham hoc est pater mult.*

ritudinis diceretur Gen. 17, 15. Hinc mos ino-
levit ut in circumcissione nomina imponerentur
liberis. Et cum apud sacramentum fiat eo majori
solicitudine nomina sunt imponenda, nempe ta-
lia, inquit Cyprianus in præfatione de car-
dinalibus operibus Christi, quorum inspectio
honeste conversationis formam eis infundat,
& doctrinam, uti naturales causas & rationales
disciplinas honorificent, nec in aliquo elementa-
rias amaricent dulcedines, Id quod & ut in Vete-
ri Testamento, ita in Novo Testamento solli-
cite observarunt, dum constat in quorundam
nominibus ut idem habet Cyprianus magna-
rum rerum insistere indicia, & præloquebantur vē-
tura, nec deerat impositorum nominum secun-
dum sensum suum effectuum certitudo. Et inde
est quare dicatur apud Es. cap. 43, 21. noli ti-
mere, nomine tuo te vocavi.

10. In Specie est tum forma, dum voca-
tur Jesus. Ubi nullum dubium convenisse a-
micos, & eum parentibus de ratione nominis,
prout ex historia Iohannis constat, deliberasse;
potissimum quia secundum Esaiam debebat
Mesias Immanuel vocari Es. 7, 14. sed cum
hoc sit appellativum, & verè etiam sit Imma-
nuel debebat habere nomen proprium quod est
Iesus. Sunt enim nomina multa alia, quibus
appel-

appellatur, qua non opponuntur, sed subordi-
nantur, ut qua explicant vel personam ejus, vel
alterutram ejus naturam, vel officium. Unde
habet Bernh. serm. 2. in Circumcisione Do-
mini: Magna quidem omnia, sed ubi est no-
men, quod est super omnia nomina, nomē JESU,
in quo omne genu flectatur, forte in his omnibus
unum invenies, sed expressum quodammodo
& effusum.

II. Et nomen IESV propriè est personam
& officium denotans. Quidam derivant ab E-
braeo, uti Osiander יהוה: ac per literam ו
insertam, quam ab יהושע desumunt factam
fuisse effabile arbitrantur; sed 1. Iehova nomen
omnibus tribus personis competit, radicesq; dif-
ferunt, cum יהוה ab יהוה, hoc est, exiit, Iesu à
הושיע hoc est, salvavit, derivetur literaq;
2 sunt planè diverse. Alii ab aliis, radicib; ab
יהוה & יהוה: quasi vir Dominus ex illo Gen.
4. ex ישוע, salus Domini Gen. 44. Capnion
ישוע hoc est, substantia deduxit. Sed ipse
Angelus originationem indicavit Matth. 1.
dum dixit, propterea ita appellari, quia salva-
bit populum, inde à ישוע rectè deducitur. Ve-
rus enim est salvator, dum salvat ab
omni peccato Matth. 1, 12. mundat ab
omni

omniſcolere 1. Ioh. 1. 7. *Univerſalis eſt* Act. 10.
43. *Unicus eſt* Act. 4. 12.

12. *Et quamvis etiam videantur & legantur alii Salvatores, ut Iofua Iof. 2. 13. Eccl. 46. Iofedech Hagg. 1. 1. Syrach, tamen tantum illi in corporalibus erant, hic in ſpiritualibus etiam, illi paucorum, hic omnium, illi typi, hic antitypus, illi nudi homines, hic etiam DEVS O IESV ergo nomen dulce, nomen delectabile, nomen admirabile. Eſt admirabile, quia Dei altiſſimi, delectabile, quia patris benigniſſimi, eſt utile, quia medici probatiſſimi; eſt etiam terribile, quia iudicis ſeveriſſimi; eſt inſtar thymiamatis nobiliſſimi, confectum ex aromatate conſolationis, balsamo corroborationis, thure fragrantiffime oblationis, horti pulcherrimi & apotheca cæli, inquit Bonavent. ſerm. 25. Et hoc eſt nomen, quod dedit cæcis viſum, habet Chryſologus ſerm. 134. auditum ſurdis, claudis curſum, ſermonem mutis, vitam mortuis, totamq; Diaboli poteſtatem de obſeſſis corporibus virtus huius nominis effugavit. Bernhardus totus eſt in eo, quem admodum hymnus eius Rythmicus reſtatur. Qui ergo nomen hoc non honorat, uti quidem ſuperſtitioſi faciunt, reſpiciant Magos, qui adorarunt, Matth. 2. 12. Apoſtoloſ, qui genu ſectendum eſſe publicarunt,*
Phi-

Phil. 2, 3. & caput aperiendum esse manda-
runt, I. Cor. II. 14. Verum non satis est nomi-
nare. Quid enim tibi prodest, inquit Bernh.
serm. 14. super canticum pium salvatoris
nomen loquitur in libris, nec habere pietatem
in moribus?

13. Tum causa, quæ declaratur per man-
datum, quod vocatum est ab Angelo. Rectè
vocatam inquit Bernh. serm. 2. in Circumcis,
Domini, non impositam, quia hoc nomen ab
aeterno: Angeli autem denominatio ad autori-
tatem divinam, qua nomen hoc puerulo indi-
tum, exprimendam subiectum est. Et per An-
gelum synecdochicè intelligitur Gabriel, uti
constat Luc. I. 31. unde gloriosum omni adorati-
cultuq, dum ab Angelo allatum in mundum,
tanquam ab excellentiori quadam natura, ha-
bet Origenes hom. 14. in Lucam.

14. Et amplificatur à circumstantia
quod vocatum antequam in utero concipi-
petetur. Id quod factum legitur Luc. I. 31.
ut ita meritum etiam eius profuerit, antequam
fuerit, siquidem omnes aq, salvati per nomen
istud Act. 15, 11. Et hoc hic repetitur, ut non
tantum obedientia Iosephi & Maria celebretur,
sed ut constaret etiam, non humana intentione
qua errare potest, sed divina autoritate factum
esse.

esse. Alias etiam post conceptionem denuo mandatum Matth. 1, 21. Et modo hic impositum. Ut discamus, esse Salvatorem Catholicum, & ante, & in, & post ejus in carnem adventum. In circumcisione vero publicatum, quia tum temporis publicè cœpit operari nostram salutem inquit Bernh. serm. 2. Ideoq; quid est Iesus, inquit Anselmus de miseria hominis & August: in meditationibus cap. 39. nisi Salvatur? Ergo Iesu propter te ipsum assurge in adiutorium mihi, & dic anima mea salus tua Ego sum, Ps. 35 3.

NOTÆ.

I.

Postquam completi) Considera parentes & Christum observasse mandata divina, quamvis omnia fuerint miraculosa, ut discas, etiam observare eadem.

II.

Ut circumcideretur) considera summam Christi humilitatem, dum voluit circumcidi tanquam peccator, cum non esset, ut discas, cum sis, te & tua circumcidere & prævios affectus resecare.

III.

145

VOcatum est nomen eius **JESUS**)
Considera in Circumcisione publica-
tum esse hoc nomen; ut discas te non esse
de **JESU** familia, nisi sustineas multa &
venereris nominis **JESU** mysteria.

CASUS CONSCIENTIÆ.

An mutatio nominis sit licita?

Non videtur; quia arguit inconstantiam, facit hominem suspectum. Hinc & in legibus pro crimine falsi habetur l. 13. ff. ad Cornel. de falsis. Et habentur similia, etiam quomodo puniti, apud Val. Max. lib. 9. c. 16. Menoch. Arbi qq. lib. 2. Cent. 4. Cas. 318. Interim tamen Christo nomen datum ab Angelo Luc. 1, 31. qui verò nominandus Emanuel, ex Es. 7, 14. Ita Abraham primum Abram dictus; Simon, Petro vocatus c. 2. in novo 21. dist. Deinde in jure licitum est mutare nomen ex l. uni C. de mutatione nominis. Et servi si heredes instituti, nomen cogebantur mutare Alex: ab Ale. lib. 2. c. 19. & Genial. dierum l. 6. cap. 29. ex l. 76. Etiam liberis ex l. cum filius 76. §. pater 5. ff. de legat.


446
2. & in l. fact. 36. §. 10. si verò nomini
ferendi ff. ad Sct. Trebell. *Etiam u-*
sitatum apud Græcos Romanos fuit, vi-
deatur Majorag: Orat. 10. Modo fiat sine
fraude & ab homine libero Bald. & Aug.
in l. unic. C. de nominis immutatio-
ne. Deinde ne usurpetur titulus dignita-
tis; nam tunc in legem Corneliam incidit.
eos qui divers: 27. §. fin. 2. ff. ad L. Corn.
de falsis. Et ne se pro Magistratu gerat l.
3. fin. ff. ad l. Juliam Maj: ex l. unic.
C. de his qui potentiorum. Unde si quis
se Doctorem vel Magistrum jactitat & non
est, puniendus Alexand. in addit. ad Bar-
tol. in §. qui se pro milite C. de aquæ
duct. & clarè Tiraquel. in tractatu de
nobilitate cap. 13. in fin. usurpantem e-
nim honorem sibi indebitum omninò puni-
endus pœna sacrilegii Bart: in l. per illum
tex. C. ut dignit. ordo Rebu. ff. in
Tract. nominat in 12. q. n. 13. 314. De Christo
verò longe aliud est, nam ipse sibi non as-
sumpsit nomen, sed vocatum est ab Angelo
antequam conciperetur Luc. 2, 21. Non
quidem per se, sed autoritate Dei. Innatum
enim,

107
ei hoc nomen ab aeterno Bernh: s. 2. in Cir-
cumcis. 2. alterum appellativum nempe
Emanuel, alterum proprium est nempe Je-
sus. Ceteris etiam datum ab aliis, non ab
ipsis sumtum.

An in nomine Jesu liceat adjurare seu
exorcizare?

Quum legatur apud Apostolum Pau-
lum Colos. 3. 14. ut omnia fiant in
nomine Jesu, arbitrantur quidam homi-
nes planè in omnibus adhiberi licitum. Et
propterea etiam in exorcismis. Verùm cum
Scriptura sacra prohibeat nominis divini
profanationem, Exod. 20, 7. & jura perju-
rium describant esse falsam assumptionem
nominis divini, uti pluribus Duarenus in
titulo de jurejurando c. 33. illud decla-
rat, non est licitum. Inde exorcisatio in L.
1. ff. de extraordinariis cogn. § 3. pro in-
impostura habetur, licet Exorcistarum qui-
dem c. 1. illud 77. dist. & c. equoni
dist. ead. & L. 6. C. de Epis. & Cler. fiat
mentio, uti & apud Patres, ut apud Ter-
tullianum libro de corona, lib. de spe-
ctaculis, de idololatria, ut videantur
pro-

probari, tamen cum scriptura ignoret, nisi
 in malo sensu, uti apud Lucam legitur, ubi
 Christus se per digitum Dei eicere Dæmo-
 nia, non ut exorcista c. 11, 19. nemo proba-
 bit. Potestas illa quidem eicendi data est
 Apostolis Marc. 16, 17. non vero alius, qui
 & illis concessum, ut non vis linguis loqueren-
 tur, & impositis manibus agrotos curarent,
 sed cum hoc Exorcista non faciant, neq; il-
 lud facere debent. Non quidem negandum
 est hoc peculiare Dei donū fuisse, quod non
 secus ac miracula & donum linguarum in
 primitiva Ecclesia viguit, donec plenitudo
 gentium ad fidem Christi introduceretur,
 sed hoc Dei donum nec perpetuo promissum
 est, neq; professionem singularem facit Bal-
 duinus L. 4. c. 2. cas. 10. Maleq; audiunt
 etiam in sacris Act. 19. 12. Theodoricus
 super Domin. Oculi p. 621. Quæ in con-
 trarium allegantur, volunt, quo omni-
 nō omnia fiant in nomine Jesu, sed ea que
 licita. Aliās omnia magica ex eo probari
 possent quum nomen Jesu & DEI adhi-
 beant, que tamen impia ex l. 4. C. de Ma-
 thema & maleficis. Chisland. de for-
 til, q. 5. Goed. in tract. de Mag. & venef.



Annus ubi vetus it, redit & novus an-
nus, amico

Quisq; suo strenam mittere, vota solet.
Cuncta secuturo fiant feliciter anno:

ut sint delicia divitiarq; domi.

Et satis esse queunt si circumcidere pergat
quisq; malum, sequier possit ut omne bo-
num.

Ceu post octo dies est circumcisis JESUS
ut deculparet sanguine cuncta suo.

Salvificog; simul signatus nomine JESU,
Quod nec concepto jusserat esse Deus.

Hinc si praprimis venerabile nomē adaptat
Quis sibi, si JESU divitiasq; roget.

Ille satis bene, nã satis & feliciter annum
Inchoat, ille satis, qua facienda, facit.

Illeq; debet habere domum, si pergat, Jesus
Dat ditem cœli: quin dabit inde domū.

Et quicumq; loco strenae sibi nomen JESU
Esse datum novit, dives is usq; domi.

ita testatur

GUEINZIUS.

אֲשֶׁר בָּיָה צֶעֶד שָׁנָה
מִתּוֹם כּוֹל שׁוֹלָה מִתְּנָה
וְהַמְדִיק נָתַן אֶת־שׁוֹעַ
אֲבָל יוֹתֵר טוֹב יִשׁוֹעַ
לָלוֹ לִכְן שׁוֹעַ יִזְכּוֹר
וְכוֹל טוֹבִים קִדְּם יִרְכּוֹד:

SAMUEL STURMIUS. L. L.

Nunc quoniam Veterem Sol circumvol-
vitur annum,
Hydrus cuncta simul secum mala condit in-
undas,
Cujus mane caput fani Lux æquore mergit.
Nos simul oramus Deus ut sit pectoris ho-
spes,
Quo fata Omnipotens nobis felicia condat.
Lucis honos colitur, quo primo virginis in-
fans,
Natus ut est nobis, ita nobis imbuit aram
Sanguine, dum ritus saxo intemeratꝰ acuto
Signa impresit Abraë, nec non, velut ante
monebat
Angelus, imposuit servantis nomen Iesu.
Hoc & utrumq; doces Frater dilecte, sed una
Pergas divitias / & erunt felicia cuncta.

*Ex amore fraterno
subjecit*

SAMUEL HEYMRICH N. S.

02 A 572
(1/2)

ULB Halle 3
003 808 483



1017



EVANG.

CHRIST

HALL

Q2 C



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

ITTIARUM
ELICARVM

titio Septima

ÆSIDE

IO GUEINZIO

afii Salani
eçtore

ndente,

HEYMRICO
slebiã Saxone

in
isionis Domini.

To. Io. CVIIL.

AXONUM

Melchioris Oel.
ely.

